



Disputatio juridica inauguralis de usuris & mora

<https://hdl.handle.net/1874/340704>

29

DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
USURIS & MORA,

QVAM
ANNUENTE SUPREMO RERUM OMNIUM
MODERATORE

Ex auctoritate Magnifici D. Rectoris,

D. JOHANNIS van MUYDEN,

J.U.D., ejusdemque Facultatis in Illustri hac Academia
Ultrajectina Professoris Ordinarii, Dignissimi,

NEC NON

*Unanimi Amplissimi Senatus Academicorum consensu, Nobilissimeque
Facultatis JURIDICÆ Decreto,*

PRO GRADU DOCTORATUS,

Et summis in UTROQUE JURE honoribus & Privilegiis
ritè, ac legitimè consequendis,

Placida Eruditorum disquisitioni subicit.

BERNHARDUS SCHUTZ, Quakenbrug. Westphal.
Ad diem 12. Septembris horis locoque solitis.



TRAJECTI ad RHENUM,

Ex Officina FRANCISCI HALMA, Academiæ
Typographi, clc lcc Lxxxvii.

DISPUTATIO JURIDICA
ACAD. VENET. ETAT. 15.
USIRIS. MARY. 53.

FAUTORIBUS

ATQUE

AMICIS.



TRAJECTIÆ RHENIUM

Ex Officina Fransisci HALLA, Accedente
Typographiæ dei doct. Petri



DISPUTATIO JURIDICA
INAUGURALIS,
DE
USURIS ET MORA.

THEISIS I.


Uemadmodum necessaria fuit usibus hu-
manis pecuniae inventio , ita & usura
quædam diligentia humanæ l. 3. ff. de eo
quod. cert. loc. Borch. c. 1. num. 16. idcirco
suadente Ulpiano l. 1. ff. de iust. & jur.
Etymon Vocabuli præmittendum duco,
& animadverto omnibus in rebus id per-
fectum esse quod ex omnibus suis parti-
bus constaret. Cujusque vero rei potis-
sima pars principium est. Cajus lib. 1. ad Legem. XII. tab. Ne-
que inepte dicitur ordinem esse vinculum artis, memoriae ac in-
telligentiae Matrem , quæ memoriam reddat bonæ fidei custo-
dem , depositum absque mora reddentem. Menoch. Consil. 51.
vol. 1. n. 1. War. ab Ehrenb. meditam. pro fœd. lib. 1. c. 1. num.
146. Est enim usura dicta quasi usus , eo quod pro usu sortis
præstatur. Ut & Cicero usuram innumeris in locis pro usu
nominat, bifariam potissimum accipitur: *Vel vulgariter pro usu*
ra lucis, temporis, vitæ Tuscul. lib. 1. quest. 93. Donell. in tract.
A 2 de usur.

de usur. c. i. Francisc. Hotom. *in disput. de usur. cap. i.* Natūra dedit usuram vitæ tanquam pecuniæ. *Vel juridice*, atque ita rursum vel latè pro incremento, quod in quocunque contractu vel negotio accedit ei, quod exinde debetur *c. i. plerique 14. q. 3.* Dn. Struv. *Syntagm. Jur. Civ. exerc. 27. th. 41.* *Vel stricte* pro incremento, quod mutuo accedit in eodem genere. *c. putant. c. usura. 14. q. 3. l. 12. C. b. t.* *Vel strictissime*, pro eo quod sorti accedit in mutuata pecunia Hahn. *in not. ad Wesenb. b. t. n. 1. per l. 3. & 10. C. b. t.*

I I.

Usura definitur quod sit accessio ad sortem, quam propter usum sortis. h. e. quantitatis principaliter debitæ, creditor exigit Peretz. *in C. b. tit. num. i.* & hæc est æqua; cum non tam propter lucrum creditoris accipientis, quam propter moram debitoris non solventis infligatur *l. 17. §. 3. ff. b. t.* quo ipso à scenore differt *vol. 3. d. 7. Basil. l. un. 3.* Accessionis nomen hic generale est, complectens omne, quod ex re principali venit, siue naturaliter obveniat, ut fructus; siue civiliter ut pensio, merces, usura. Quamvis usura differat à sorte, nequit tamen intelligi nisi ex comparatione sortis *l. 5. §. 2. ff. de solut.* Hinc usura non potest per se subsistere quasi accessio sine re principali, ex qua suum esse habet *d. Vol. 3. d. Basil. ead.* non tantum sortis accessio in pecunia numerata consistit, sed in omnibus que mutuam functionem in suo genere recipiunt, ut sunt vinum, oleum, frumentum *d. l. 3. ff. de eo quod. cert. loc. l. 2. §. 1. ff. de reb. credit.* In quantitatibus, i. e. in rebus fungilibus locum habet, non in corporibus & speciebus *l. 18. ff.* de his quæ ut indign. aufer. *l. 3. §. ult. b. t. l. 2. 3. 12. C. eod.* nisi inter contrahentes agatur, ut pro his speciebus aestimatis usura reddatur, & tunc pro ueste ita data, ut pecunia reddatur licite usura promittitur & solvitur, quia idem est ac si uestem vendidissent *l. 10. C. de jur. dot. l. 10. §. 4. eod. Brunneman. ad l. 25. C. b. t. in l. 3. §. ult. ff. b. t.* dantur aliæ species, ut potè quando aurum vel argentum factum per fidei commissum relictum, hoc casu; mora interveniente, usuræ debentur, si testator materiam ideo reliquit, ut

ut ea distracta & pecunia inde redacta fideicomissa solverentur.
De statuis & imaginibus *Vide l. 17. §. fin. b.t.*

I I I.

Præmissa nominis & rei definitione pro ingenii mei tenuitate,
tractationem de Usuris in sex partes dividere animum induxi.
1. Quomodo earum obligatio oriatur; 2. Quæ & quotuplex
sit divisio. 3. An illæ licitæ sint nec ne. 4. Quibus ex causis
debeantur. 5. Quæ possit esse earum quantitas. 6. Quibus
modis deberi desinant. Obligatio contrahiter stipulatione, quâ
principaliter pecunia debetur, & usura interdum accedit, tan-
quam ejus pecuniæ fructus *Donell. ad tit. 31. C. de usur.* Quia
usuræ fructuum vicem obtinent, nec à fructibus separantur *l.*
usur. ff. b.t. Hinc not. instricis judiciis sive contractibus stricti
juris usurarum exactio sine effectu est, nisi stipulatione sint pro-
missæ *l. 10. §. 4. ff. mandat. l. 24. ff. de prescript. verb. l. 1. & 3. C.*
b.t. Zoes. adff. b. num. 29. Non autem sufficit pactum simplex,
nec quod contractui mutui in continenti adjicitur *l. si tibi in*
princip. ff. de pact. l. 3. C. b.t. Quamvis non nullæ sint causæ in
quibus pactum nudum, id est, à stipulatione nudum *l. 5. in fin.*
ff. de nautic. fœn. de usuris præstandis pariat actionem; nempe
si Civitas sit creditrix *l. 30. l. 33. b.t.* Item in frumento & simili-
bus rebus mutuo datis *l. 12. C. b.t.* Nec non in pecunia tra-
jectititia quæ transmare vehenda credatur periculo creditoris *l.*
etiam ff. b. l. in quibusdam ff. de naut. fœn. Sic etiam quando peri-
culum creditoris est extra mare. *l. periculi ff. de naut. fœnor.* Ju-
stiniani Constitutio idem privilegium tribuit argentariis, ut pos-
sint citra ullum pactum usuras exigere, propterea, quod soleant
illi sine stipulatione contrahere, ac foenerari vitæ eorum sit in-
stitutum. *Nov. 139. cap. 4. plures ad huc habet casus speciales Wesenb.*
in disput. ad Pandect. 42. th. 11. Hodie verò quia ex quovis pacto
datur actio etiam usuræ instricti juris judiciis indistinctè petun-
tur *Hahn. in not. b. t. n. 2.* Sibona fidei judiciis adjiciantur ejus-
modi pacta, interest, num statim in continenti adjiciantur,
& tunc jure accessionis peti usuræ possunt *l. 5. C. de pact. int.*
empt. & vend. l. 42. & 26. ff. de positi; an vero ex intervallo, &

hoc casu nulla actione peti possunt, solutæ tamen non repetuntur *l. 3. C. h. t. Dn. Eckolt. ad pandect. b. §. 4.*

I V.

Secundo loco me explicaturum dixi, quotuplex sit divisio? Est enim triplex. Alia propter quæstum infligitur, quæ appellatur in specie fœnus sic dictum à foetu quasi foetura quædam pecuniæ *Gell. lib. 16. cap. 12.* Nihilque aliud est quam usura de mutuo præstanta quæ vulgo usura lucratoria nominatur *l. 11. 13. §. 1. b. t. l. 24. de prescr. verb. Anth. Martb. disput. ff. xxx. th. 3.* Mutuum vero per se & sua natura est gratuitum *l. 11. §. 1. ff. de reb. cred.* neque usuræ in eo debentur nisi ex nova obligatione *l. 121. ff. de verb. signif.* (dissentit Salmasius in Elencho suo de mutuo p. 328. qui pro nova legendum putat nota obligatione admodum frigidè & inscitè) ut pote si sortis stipulatione in diem collata creditor usuras stipuletur *l. 40. ff. & l. 6. C. de reb. cred. si cert. pet.* Usura lucratoria quam mordacem vocant est prohibita jure quoque civili *Struv. hic lib. 43. Zoes. n. 7.* Ut si quis legitimum exceedat usurarum modum: quo tamen casu non plane inutlis est usurarum majorum promissio vel præstatio; sed quod legitimum excedit modum restituitur, aut sorti imputatur *l. 29. ff. b. t. vid. Dn. Voet. in Compend. ad ff. b. t. n. 3.* Attamen leges & recessus imperii propter necessitatem quandam & tolerantiam permittunt lucratorias *Brunnemann. ad Paratitl. Wesenb. th. 14. b. t.* quia nemo alteri cum suo detimento benigne facere cogitur *l. 1. §. idem ajunt cum sequ. de aqu. pluv. arc.* Quamvis usura fœnebris pecuniæ contra vinculum stipulationis peti non possit; tamen ex pacti conventione soluta, neque ut indebita repetetur, neque in sortem acceptò ferenda est. *l. 3. C. h. t.* Est nam fœnus vel *Nanticum*, vel *Terrestre*. *Nanticum fœnus* est, quod pro pecunia Trajectitia, seu trans mare vehenda, ita, ut ejus periculum creditor suscipiat, debetur: ideo illa pecunia nautica gravissimam usuram, etiam ex pacto contra stipulationem admittit *l. 1. C. denaut. fœn. l. 3. l. 4. ff. eod. Vid. Dn. Struv. b. t. th. 72. Frid. Stypman. de jur. marit. part. 4. c. 2.* Moribus hodiernis licet excedere centesimæ metas & eattenus augere quatenus periculum apparet ut in oleo, tritico &c. *l. 23.*

l. 23. C. h. t. Dn. Huber. ad Pandect. de naut. fœn. Molina. de Usur.
num. 93. & sequ. Petr. Gudel. in Comment. de jur. nov. lib. 3. cap. 3.
Paul. 2. sent. 14. §. 3. Terrestre quod est pecuniae non navigaturis
periculo creditoris creditæ l. 2. C. de naut. fœn. ex conventione
idem jus esse potest scenoris terreni quod maritimi; Veluti in pe-
cunia terrestri, itinere periculoso ac prædonum insidiis infesto,
periculo creditoris transvehenda, usuram gravissimam sibi quis
stipulari potest, i. e. centesimam quam vocamus etiam legitimam
Glossa lib. 26. ff. tit. 7. cum utrobique adsit eadem juris ratio in
periculi susceptione fundata arg. l. 5. de naut. fœn. Petetz. ad tit. C.
de naut. fœn. num. 6. Wissenbach. eod. tit. ib. ult. Et in aliis casibus,
in quibus creditor periculum subit locum habet d. l. 5. C. eod.
Pertinet hoc quoque Asscuratio, quæ est contractus, quo quis
casum adversum rerum quarumvis aliò transvehendarum pro pre-
tio convento, in se suscipit: præsertim in emporiis marit. usi-
tatissimus Vid. Petr. Santerna Lüstan tractatum de Asscurat. &
spons. Mercat. c. 1. & sequ. Molin. de j. & j. 2. D. 517. Siruv. Syn-
tagm. Jur. Civ. Exerc. 25. ib. 46. Et hic contractus Asscuratio-
nis, tam ad contractum facio ut des, si periculum suscipitur,
ut detur præmium, quam ad contractum do ut facias. si alteri
præmium detur, ut periculum rerum, aliò transvehendarum sus-
cipiat, Suendorffer in annotat. & supplement. ad Eckolt. lib.
19. tit. 3. §. 6. in fin. Alia compensatoria, in qua compensatur ju-
stum interesse, h. e. pro sua indemnitate creditor aliquid præter
sortem accipit; cum non teneatur alteri prædelle extra causam ne-
cessitatis cum sui detimento. Alia punitoria quæ in penam tar-
dæ solutionis debitori ob moram infligitur, propter interesse præ-
sumptum l. 17. §. 3. h. t. quam alii vocant usuram restaurativam.
Et sciendum est ex Canonistarum & Theologorum opinione,
quod, si pecunia mutua ad diem non reddatur, petere judicio
possit creditor, non tantum damnum si quod passus est, quia
suis nummis caruit; sed etiam estimationem lucri, quod facere
potuisset, si suo tempore nummos suos habuisset. Atque adeo
stipulari potest creditor, si ad diem pecunia non reddatur, una
sibi redditum iri id, quod intererit, non definita quantitate Tul-
der

den. ad Cod. de Usur. num. 4. ex Gail. 2. obs. 4. & 7. Si speciei aut facto additæ punitoriae & compensatoriae usuræ, tunc sunt licitæ jure Civili & Canonico. c. 16. c. 8. S. imò & jure Naturali *Struv. b. t. ff. tb. XLIII.*

V.

Etsi Canonum & legum doctores permulti parum consideratè ac prudenter omnes usuras jure Canonico prohibitas esse affirment: tamen non datur textus qui hoc ita indistincte approbet. Verior est igitur sententia; jus Canonicum non ita simpliciter & omnino usuras omnes, sed saltem usurarias pravitates, immoderatas, turpes, mordaces adeoque usuras, proximum contra legem charitatis offendentes atque affligenates, damnare & rei-*cere Christoph. von Hagen tractat. de Usur. cap. 4. n. 1. 2. 3. & seq.*
Herman. Latherns de Censu. l. 3. cap. 23. n. 76. sequ. Besold. in Considerat. vita & moris pol. cap. 5. n. 3. Hering. de fidejussor. c. 24. n. 260.
 Ubi eleganter sic loquitur: Nostra atate à Pontificium decretis eorumque prohibitione, ex summa quadam necessitate ad sustinenda commercia, & sublevandam quorundam egestatem, hac in parte est recessum. Reete etiam peofert *Petr. Frider. Mindanus*: Qui generaliter & indistincte usuras damnant nec vim Sacrae Scripturæ, nec rationem conservandæ humanitatis intelligunt, *Tractat. de mandat. judic. l. 2. c. 72. n. 24.* itaque non minus societati hominum usuræ sunt necessariæ, quam locatio & conductio, alioquin nihil locatione conductione turpior *Dn. Huber. ad D. tit. de Usur. tb. 4.* Præterea cum jus Canonicum, fundamentum prohibitionis suæ ponat in jure divino *C. consuluit. X. b. t.* quod non indistinctè usuras aspernari notum est. *Eckolt. ad ff. b. t. §. 3.*
Hodie per Constitutiones imperii & Ordinationes Principales certus est usuris præscriptus modus: Unde in judiciis instrumenta obligationum liquida, tam quoad legitimas usuras promissas, quam quoad sortes executioni mandantur *Christoph. d. c. 4. num. 201.*
Moller. cap. 7. n. 2. quod ob certam causam præstatur, id quoque secundum eam causam determinandum est *Bartol. ff. de annuis legat.* & usura non tam ut usuræ quam ut interesse, sive lucrum cessans & publica lege taxatum, debentur & petuntur *Recess. Imperii*

perii de anno 1500. 1530. 1548. 1570. & 1577. sub tit. van wuehren
und wuehlerlichen Contracten. quibus concordat Constitutio Electora-
lis Saxon. Torgauisch ausschreiben Anno 1683. Von W. Con-
tracten §. Als haben wir solcher. Cothman. ex Joban. Lupo re-
spons. juris 52. num. 261.

V I.

Moribus hodiernis quilibet diligens paterfamilias eam quam
paratam habet pecuniam sub usuris consuetis mutuo dare solet;
ubicunque hoc licet; dummodo usuræ legitimam quantitatem
constitutionibus Provincialibus præfinitam non excedant Hart-
man. pifor. quest. 49. num. 24. Coler. par. 2. decif. 227. In summa:
subjectum usurarum sunt personæ tum constituentes, tum ex-
solventes. Constituere possunt omnes illi, qui consentire & qui
contractus, quibus adjiciuntur illæ, inire possunt, ut sunt do-
mini, qui rei alienandæ jus habent, ut & corum procuratores,
speciale ad hoc mandatum vel potestatem omnium bonorum ha-
bentes & similes. Exsolvere possunt omnes illi, qui præcedenti
contractui, aut stipulando aut paciendo usuras adjecterunt, aut
ex quacunque causa, debitæ sortis solutionem differendo earum
obligationem ex mora contraxerunt. Dn. Eckolt. ad ff. b. t. §. 6.
in fin. Licet pecunia per se ac suâ natura sit sterilis, facile tamen
industria humana commutari potest in merces, quæ fructum
edunt, æque ac ager, domus, fundus l. 33. ff. b. t. Wissenb. dis-
put. ad pandect. XLII. th. 3. Etenim pecunia tunc sterilecere dici-
tur quando scenore non est occupata, sicuti expresse Ulpian. in
l. 3. §. 4. ff. de contrar. tutel. act. hoc judicat; pecunia igitur in
jure otiosa dicitur, quæ in cista jacet recondita; contra occu-
pata, quæ scenori data est, & usuras sive fructus fert domino
Pomeresch ad §. 6. inst. mandat. Merito igitur pro pecunia mutuo
data, quam debitor in commodum suum vertit & creditor eâ
interim caret, sibi aliquid stipulatur Hug. Donell. in auth. ad
haec C. h. t. n. 15. & seqq. nec illi res debet esse quæstuosa cuius non
est periculo l. 13. §. 1. D. commod. Quid enim æquius est, quam
propter periculi susceptionem lucrum sibi aliquod tanquam ejus
periculi pretium pacisci ut appellatur in l. 5. D. Naut. fœn. Fr.

Hotom. ad tit. Decret. de Usur. cap. 19. Tutor vero regulariter, in administratione tutelæ, eam curam præstare debeat, quam diligens Paterfamilias in rebus propriis adhibere solet. Haud sane præter rationem videri inde alicui posset, diligentiam istam quam tutor adhibere debet, ad id, quod secundum cujuslibet regionis mores atque consuetudines, communiter fieri solet, referendum atque dijudicandam, & hinc tutorem, qui consuetudinem hanc securus, pecunias pupillares sub usuris mutuo dedit, excusandum esse potius, quam ut jura usuras prohibentia ita præcise tenenda sint. Nam qui facit id quod in loco aliquo fieri consuevit, excusationem meretur *I. s. pign. ff. 2. §. fin.* ubi Not. Bar. de pignor. act. l. pignus C. eod. tit. l. quis & fugitivus §. apud La-
beonem de Ædil. edit. l. 3. ad Macedon.

V I I.

Quod jure Civili usura sit licita hoc satis superque testantur integri tituli *ff. & Codicis*, tum etiam hoc satis confirmatur ex Justiniani constitutionibus ut constat ex Leone Novell. 83. & Aniano l. 2. l. *Theod. de usur.* quando nimurum pecunia numerata mutuo est data tunc permittitur creditoribus ab agricolis insingulos solidos unam filiquam usuræ annuaæ causa accipere, id est trientem centesimæ l. 34. auth. *ad hac C. de usur. Novell. 32.* Fuerunt enim in quoquo solido seu aureo viginti quatuor filique, teste Isidoro lib. 16. c. 24. *Etymologiarum.* Sic etiam jure Divino usuras quodammodo exigere constat, neque fit contra legem Dei ubi recipimus quod dedimus, alioquin mutuum non esset mutuum sed donatio, & Christus inquit *Matth. 22. Luc. 6.* Diligite proximum sicuti vos ipsos, & quæ vobis fieri vultis eadem & aliis faciatis, quo ergo illis non fit injuria, hoc sine offensa legis & verbi Dei accipiendum. Sæpe enim evenit, ut usuras exigere liceat sine in commodo & injuria debitoris, præsertim cessantibus in solutione debtoribus nostris, nec nos creditoribus nostris fidem servare possimus; Atque ideo incidimus in pœnam aliis debitam, vel pignora nostra distrahantur, vel in alia multis faria incurramus mala *Donell. ad tit. l. de usur. Authent.* *Ad hac ut & præclare à Cicerone in lucem editum est, suæ unicui-*

unicuique utilitati inservire quod sine alterius injuria fieri possit, concessum esse, natura nec repugnante. Si omnis usura intrinseca ac suā natura esset mala legique naturali contraria, nullo modo illa in lege Divina permitti potuisset, quin legis & legislatoris sanctitas violaretur *Luca* 6. v. 35, ubi hæc verba sunt Christi mutuum date nihil inde exspectantes. Hic præcipit Christus ne denegemus pauperi, si petat à nobis mutuum, neque avertamus faciem ab eo, etiam si metuamus restitutionem propter ejus paupertatem, ibi non tam de usura loquitur Christus quam de recuperatione sortis huic credit̄, qui paria reddere non potest; Deus enim centuplum & plus rependetur talibus *Wissenb.* ad ff. h. t. 3. Usuræ omni jure sunt promissæ in quantum non damno afficiunt proximum *Exod.* 22. v. 25. *Levit.* 25. v. 36. *Deut.* 23. v. 20. *Psal.* 15. v. 5. *Ezech.* 18. v. 8. Vide Balduinum de casibus conscient. lib. 4. c. 3. Locis veteris testamenti jam citatis prohiberi usuram mordacem & expilatoriam per quam charitas & dilectio proximi prægravatur, quæ rodet fratrem ac quidem egenum & in calamitate constitutum: quæ vero non est conjuncta cum incommmodo & injuria proximi, illa quoque non pugnat cum lege Dei Constat est interpretum sententia; ne quidem ipse Apostolus consentit: nos aliis ita commodare, ut nobis sit afflictio 2. *Cor.* 8. v. 13. Et quod magis; ab alienigena usuram exigere licuit Dei voce *Deut.* 23. v. 20.

V I I I.

Debentur usuræ vel ex conventione vel ex mora. Conventio illa est duplex, vel stipulatio vel pactum *Cujac.* lib. 8. obſerv. 34. Constat autem stipulatio hisce duobus; interrogatione præcedente & responsione sequente *inst. de verb. oblig.* Ex stipulatione usuræ indistincte debentur sive bonæ fidei sive stricti juris contractui adjiciantur *I. t. l. 3. C. b. t. l. II. & l. seq. ff. eod.* Adeo ut ad certum tempus promissæ perpetuo quamdiu sortis solutio nondum facta debeantur *Eckolt.* ad *Pande&t. b. t. n. 4.* Modo intra quantitatem legibus præscriptam usuræ consistant *I. 31. l. 41. ff. b. t. l. 26. C. eod. l. 26. §. 1. de condit. indeb.* In contractibus stricti juris ut mutuo non nisi ex stipulatione usuræ promissæ.

missæ debeantur *d. l. 3. C. b. t. l. 24. ff. de prescript. verb.* Vid. Cu-jac. *consult. 16.* Attamen usu receptum est ut etiam ex mutuo propter moram usuræ debeantur Dn. Struv. Jurispr. Rom. Germ. For. lib. 3. tit. xx. th. xx. Si quis autem minores usuras quam promissæ sunt acciperet, is videtur majores remisisse, adeoque reus exceptione taciti pacti defenditur *l. 5. 8. C. b. t. argum. l. 13. in princip. ff. eod.* Borch. Cap. 4. n. 29. Sola etiam patientia ope-ratur liberationem à debito odioso Gloss. in Rubr. *l. qui semisses usur. ff. b. t.* Sibi imputare debet creditor, quod non vigilave-rit, vigilantibus enim jura sunt scripta non dormientibus *l. pu-pillus ff. que infrand. cred. l. non enim ex quibus causis majores l. velut-tiff. de edendo* Vid. Surd. *Consil. 4. num. II.* Remittit creditor usuras tacite vel aperte pacto. Fit tacite remissio partim in præ-teritum partim in futurum, de præteritis remissio pro confessa habetur Don. *in C. b. t. ad l. adversus 5.* Si quis minores per mul-tos annos acceperit, intelligitur illum remisisse in futurum ma-jores per multos autem annos, valet idem quod diu & diu idem quod per decem aut plures annos. *l. 16. §. 3. ad leg. El. sent.* Vel aperte, aperta conventio eandem vim habet quam tacita, quandoque expressa tanto firmior & certior est, quanto cer-tiora sunt ea quæ exprimuntur, quam quæ intelliguntur. Qua propter si quis aperte pacto usuras remittere majores non potest, manifestum est, illum tacita conventione remittere multo mi-nus posse Hug. Donell. *add. l. 5. b. t.*

I X.

Ex pacto etiam quod bonæ fidei judiciis tam directis quam contrariis in continentि adjectum est usuræ debentur *l. 4. C. b. t. l. 10. C. eod. l. 29. l. 26. §. 1. depos.* Nihilque magis convenit fidei humanae, quam ea quæ semel placuere servare *l. 1. ff. de adil. edit. l. 1. ff. de const. pecun. l. 1. de pact. ut & rumpere pacta grave est apud Deum; nedum apud homines.* Pactum autem in continentि hic est, quando ipsi contractui ex necessaria quadam consequentia inest, & ex sui natura, usurarum obliga-tionem producit Borch. Cap. 3. n. 4. utputa si emptor, cui pos-sessio rei tradita est, pretium venditori non obtulerit: quamvis

pe-

pecuniam obsignatam in depositi causam habuerit, æquitatis ratione usuras præstare cogitur l. 13. C. b. t. nummorum vero in mutuo creditorum usuræ debentur ex stipulatione duntaxat l. 3.
Cod. cod.

X.

Usuræ pacto promissæ in stricti juris judiciis regulariter non debentur l. 24. ff. de pæct. & illud pactum ex parte rei tantum locum habet l. 7. §. 5. de pæct. igitur hoc casu creditori ad usurarum actionem prodesse non potest all. 3. C. b. t. Quamvis usuræ ex pacto peti non possint in contractibus stricti juris, solutæ tamen conditione indebiti non repetuntur, nec in sortem imputantur, cum naturaliter fuerint debitæ l. 10. ff. de Act. & obl. l. 26. D. de condic. indeb. Naturalis vero obligatio non impedit soluti repetitionem, etiamsi id, quod solutum est, jure Civili sit indebitum l. 13. ff. de condic. indeb. l. 16. §. 4. D. de fidejuss. Quin & per retentionem pignoris in stricti juris judiciis de quibus nulla stipulatio interposita est, usuras consequi licet l. 4. C. b. t. Bachov. ad Treutl. vol. 2. disput. 3. th. 3. lit. c. Borch. d. cap. 3. num. 45. Vendi quoque potest pignus ob solutionem usurarum nondum factam. l. 8. §. 5. ff. de pignorat. act. Nempe si sortem solverit tunc non cogitur creditor actione pignoratia pignus restituere, nisi etiam usuræ pacto promissæ fuerint solutæ; dummodo pignus pro usuris acceptum sit non minoribus, quam postea debitor se præstitutum repromiserit, & in eas pignus quoque obligatum fuerit d. l. 4. C. b. t. l. II. §. 3. ff. de pignorat. act. Alias in stricti juris judiciis, citra stipulationem usuræ non veniunt, exceptis tamen quibusdam casibus, qui recensentur th. 3. ne quidem earum obligatio litis contestatione inducitur l. 31. §. 7. ff. b. t. hæc lex non dicit, quod lite contestata usuræ deberi incipient: sed quod currant, i.e. quod earum cursus non resistatur, si scilicet ante litem contestatam per stipulationem sint promissæ l. 1. C. d. jud. Sed ex lege 3. C. in quibus causis in integr. rest. l. 2. 3. & 4. C. de Usur. & fruct. leg. Wesenb. in paratil. lib. 22. tit. 1. num. 3. Item Joh. Corrasius & alii colligere volunt, quod usuræ in stricti juris judiciis ex tempore litis contestatae deberi incipient.

X I.

Secundò in bonæ fidei judiciis usuræ debentur à tempore moræ l. 32. l. 38. D. b. t. Est autem Mora definiente Struvio, solutionis debito tempore præstandæ vel recipienda injusta seu frustratoria dilatio l. 37. in fin. ff. mand. Beym. lib. sing. d. mora num. 1. Zoef. n. 46. aut est cessatio frustratoria vel frustratio cessantis studio adversarii facta l. 5. §. 16. 20. ff. ut in poss. leg. l. 13. & l. 53. ff. de fidei. libert. Estque duplex ex persona vel ex re d. l. 32. in princip. l. 3. C. in quib. caus. rest. in integr. non est necess. Ex persona mora fieri dicatur, vel ex parte creditoris, si oblatum debitum injuria recuset accipere l. 37. & l. 72. ff. de solut. Pupillus vero ex facto suo moram non facit, sive sit debitor, sive creditor, nisi tutoris auctoritate interpelletur, aut oblatum recuset. l. 24. ff. de verb. obl. l. 22. ex quib. caus. major. l. 3. ff. §. ult. l. 4. l. 5. quib. ex causis in poss. ear. Vel ex parte debitoris si interpellatus debito tempore & opportuno loco non solverit, quod debebat dummodo habeat interpellans actionem nec possit per exceptionem elidi l. 32. d. §. ff. l. 127. de verb. obl. Quæ interpellatio fit in judicio litis contestatione l. 1. & 2. C. de usur. & fruct. leg. seu fideic. l. 2. C. de fruct. & lit. expens. atque unica sufficit, nec requiritur ut ipse debitor appelletur: sed etiam procurator vel defensor ejus appellari potest l. 23. & seqq. d. l. 32. §. 1. ff. b. t. sive judicialiter sive extrajudicialiter fit facta interpellatio l. 1. 2. C. de Usur. rei jud. l. 122. §. 5. ff. de verb. obl. Qui semel certior est factus non debet amplius certiorari. l. 1. §. ult. ff. de act. empt. urgeat tamen creditor atque instet post interpellationem pro solutione. Extra judicium fit interpellatio, quando privatum denunciatur ut solvat creditori debitum, statim atque semel est facta denunciatio, in mora constituitur l. 32. pr. ff. b. t. l. 82. §. 1. l. 91. ff. de verb. obl. Gædd. de contrah. stipul. c. 11. num. 65. Menoch. de A. J. Q. cap. 220. Quando dies interpellat pro homine, tunc in obligationibus hisce in diem, alia interpellatione opus non est Menoch. d. cas. 220. n. 46. & seqq. l. 12. C. de contrah. & committ. stipul. l. 2. C. de jur. emphyr. adeo ut ad moræ constitutionem nulla alia interpellatione opus sit l. 17. §. ult. D. mand. l. 4. §. ult. D. de leg. commissor. Quin imò potest

potest conveniri ad pœnam præstandam si ad diem constitutum non solvat l. 23. ff. de A. & O.

X I I.

Mora in re sive ex re sit, quando lex aliquem in mora ponit citra hominis interpellationem, ita ipso jure debitor morosus dicitur Vid. l. 3. C. in quib. causis in integr. rest. non necess. l. 26. §. 7. ff. de fideicom. libert. l. 8. §. 1. ff. de cond. furt. quod fit per appositionem diei. l. 12. & 114. de verb. obl. Unde patet ad moræ hujus constitutionem judicis sententiam declaratoriam necessariam non esse, quod tamen Menoch. putavit de arbitr. jud. quæst. d. cas. 220. num. 71. per d. text. l. 32. ff. b. t. Cujusmodi mora locum habet in minoribus viginti quinque annis, donec ad legitimam ætatem perveniant, neque solum in emptione & venditione minorum illud procedit, verum etiam in aliis bonæ fidei contractibus; imo in legatis & fidei commissis, quæ, quoad usuras negotiis bona fidei comparantur l. 3. ff. b. t. l. 1. §. 13. ff. ut legat. seu fideicom. nom. cav. d. l. 3. l. in quib. caus. rest. in integr. l. 87. §. 1. ff. de legat. 2. d. l. 26. §. 1. ff. de fidei com. libert. in Ecclesiis, quia Ecclesia æquiparatur minori Glos. in l. [Resp. 4. C. quibus ex caus. major. & c. c. 2. de rest. in integr. lib. 6. Eberhard. in Topicis loco à minore ad Ecclesiam n. 1. In Republica, illa, quoque jure minorum uti solet, Impp. in d. l. 4. C. quib. ex caus. major. l. fin. C. de S. S. Ecclesi. c. 2. §. finimus nov. 7. si quid Fisco debeatur l. 17. §. 5. l. 43. b. t. Item si emptor non solvat pretium pro re vendita tradita, cuius fructus percipit l. 5. C. de act. empt. l. 13. §. 20. D. eod. quia, cum re emptor fruatur æquissimum est eum usuras pretii pendere Paul. 2. sent. tit. 17. Præterea si extraneus dotem quam pro muliere promisit intra biennium non præstet. l. ult. §. 2. C. de jur. dot. Dominic. Arum. de mora c. 4. n. 12. Perinde est ac si uxor vel pater ipsius dotem promiserit; simulatque onera matrimoniī maritus sustinere cœperit, moram istam in rem incurrere patet P. Barbosa ad l. 5. ff. solut. matrim. num. 10. & seqq. in d. l. ult. C. de jure dot. §. præterea, expresse sancitur & constituitur ut promissor dotis, citra ullam, mariti cui dos est promissa, interpellationem, mora contrahatur. Denique si non exstet qui conveniatur. l. 23. §. 1. b. t.

X I I I.

Porro mora jure committitur delinquendo; utpote fur, rem invito domino contrectans, singulis momentis moram facit, hinc est quod fur semper est in mora, cum sciat vel scire debeat, se alienum possidere & temeri restituere *l. 8. §. 1. & l. ult. ff. de condit. furt.* Unde fur & morosus in jure sæpiissime æquiparantur *l. 8. §. penult. ff. de verb. obl. l. 30. §. 1. de jure jur.* Item si quis pecus alienum abegerit *l. ult. C. de condit. ob turp. caus.* Si creditor pignora sibi obligata pluris vendat, & residuum pretii apud se retineat *l. 40. ff. b. t. l. 7. ff. de pignor. act.* Si socius communem pecuniam invadat & in suos usus convertat. *l. 1. §. 1. b. t. l. 60. ff. profoc.* & his similibus, quibus res aliena contrectatur & fraudulenter detinetur, etiamsi nulla penitus interpellatio à domino sit facta; nam qui rem ita possidet, novit se teneri ad eam restituendam, eamque confessim restitui, dominum velle. Hinc quoque malæ fidei possessor citra interpellationem in mora est *l. 20. §. 1. ff. de petet. heredit. l. fin autem §. si homo ff. de rei vind.*

X I V.

De debito conditionali quædam paucis attingam; nimirum an per existentiam conditionis debitor in mora constitutur? Quod omnino negandum, quia conditio dependet ab eventu incerto: fieri itaque non potest, ut debitor eodem punto, quo conditio existit & obligetur & in mora constitutatur *l. 105. ff. de solut. l. 21. §. 1. ff. de Conſt. pecun. §. final. Inst. de inutilib. ſtipul.* Baverius *d. tract. de mora part. 2. n. 5.* Conditionis enim eventus purificat obligationem, hoc est, eam præsentem facit & habetur pro pura *l. 213. de verb. sign. l. 59. de verb. obl.* in pura autem obligatione nemo in mora constitutur, nisi interpellatus *l. 32. b. t.* & quod jure promissum, confessim quidem peti potest; attamen æquum est in exactione temperamentum quoddam adhiberi. Non enim statim cum sacco creditor paratus venire potest. *d. l. 105. de solut. miserationis* igitur gratia modicum debitori tempus ad solvendum conceditur, quod a jure non est determinatum; sed in arbitrio judicis est, prout ei secundum personarum & locorum varietatem videbitur, secund. Bart. & Dd. *in d. l. 105. ff. de solut.*

XV. Ne

X V.

Ne vero nimia poena vel compensatio exigatur; vel cives nimirum scenerorum avaritia laederentur, leges certum modum seu legitimam quantitatem usurarum statuunt ac permittunt; illa autem quantitas nunc non est sicuti olim fuit *I. 8. C. in fin. si cert. pet. I. 26. §. 1. C. b. t.* Apud antiquos mirifica fuit varietas usurarum, pro diversitate temporum ac rerum necessitate. Et quidem primum *leg. xii. tab.* levissima usura, quæ erat tum temporis unciaria, concessa fuit, confirmante Cornelio Tacito *lib. 6. annal.* qui sancitum esse ait, ne quis unciario scenore amplius exerceret, postea Duellia lege lata à M. Duellio Tribun. pleb. & sociis ut ex *Liv. lib. 1. Decad. 7.* patet, *I. 12. tab.* unciarium scenus definitum revocatum fuit, & rogatione tribunitia ad semiunciam redacta Vid. Caball. in tract. de *Usur. num. 36.* & seqq. Gell. c. 16. pro conditione tamen temporis multis legibus & plebiscitis ampliata & ad centesimam permissa; Cujus vestigia in jure nostro inventiuntur *d. I. 8. C. si cert. pet. I. ult. C. de Usur. rei judicat.* Dicitur autem centesima usura, cum singulis mensibus duodecima centesimæ, vel assis usurarii pars, i.e. uncia penditur: quæ usura centesimo mense sortem æquat vel annis octo & quatuor mensibus Conn. 7. comm. 1. num. 12. Bud. 1. de aſſe. 1. Alc. 2. par erg. 23. & sic de sorte centum aureorum singulis mensibus solvebatur unus aureus; indeque ex centum quotannis duodecim reddebantur: Veteres enim per singulas calendas seu menses usuras stipulari atque exigere soliti erant *I. 40. cum sequ. ff. de reb. cred. I. 126. §. Chrysogonus ff. de verb. obl.* Antonius Augustinus in *lib. 2. Emendationum cap. 10. n. 21.* Exinde Calendarium vocabant tabulas, ad scenus exhibendum institutas, iu quibus mutuantium nomina inscripta erant *I. 46. ff. de verb. obl. I. 64. de legat. 3.* Si vero pro confuetudine regionis minores centesimis obtineant, illæ folæ, nisi aliter conventum esset, debebantur. *I. 1. in pr. D. b. t. I. 20. §. 3. D. mandat. I. 37. ff. b. t.* Minores autem usuræ proportione, quam ad centesimam usuram veluti assēm habuerunt, appellatæ sunt quadrantes, quæ sunt quarta pars centesimæ, aurei nempe tres de sorte centum aureorum, Trientes tertia pars centesimæ cum qua-

tuor pro centenario dantur; semisses aurei sex sive dimidia pars centesimæ. Sextantes sexta pars centesimæ. i.e. aurei duo; *Besses* sunt bis trientes centesimæ seu Octo de annua centesima in centum aureos, non vero octava pars centesimæ & æquante sortem 12. annis & mensibus 6. seu 150. mensibus; Septunes septem de centesima. Quincunces quinque de Usuris centesimis, i.e. quinque in aureos centum annuatim *d.l. 26. b.t. l. 74. §. 4. de adm. tut.*
Hotom. disp. c. 7. Donell. ad. d. l. 26. §. 1. Duaren. de Usur. c. 3.
Fach. controversial. lib. 5. cap. 14. Wissenb ad Digest. 42. th. 19. Unciaria, uncia una, seu pars una centesimæ, reddens aureum unum pro centum aureis singulis, ita ut sortem æquet in centum annis, aut mille ducentis mensibus. Hinc intelligitur apud *Tac. 6. anna. 16.* fœnus semunciarium & fescunciarium. Hinc usuræ centesimæ Romanorum respondet usura Drachmalis Græcorum quia sortem referebant ad miniam, cuius centesima pars drachma erat, ut Observant Budæus & Alciat. de Aſſe lib. 1.

X V I.

Justinianus permisit tantum viris illustribus stipulari trientes usuras *l. 3. §. fin. ad l. Falcid.* Sunt autem hic Illustres personæ non nobiles, non Magistratus aut Patriitii alicujus civitatis, sed proximi à Principe summam potestatem obtinentes, infra quos sunt qui dicuntur spectabiles & clarissimi, quales fuerunt Imperatoribus Romanis Praefecti prætorio P. V. Magistri milit. Comites sacr. scriniorum *Novell. d. appell. 23. cap. ult.* Hugo Donell. *ad l. 26. C. num. 9.* Illis quoque qui in dignitate sunt constituti, magis dedecori sit avaritia, quam privatis, unde & magis ab usuris abstineri debent. Brunneman. ad *d. l. 26. C. h. t.* Atque hoc trienarius fœnus exercuit Antoninus Pius, ut patrimonio suo plures adjuvaret, quemadmodum scribit in Vita ejus Capitolinus. Mercatoribus & Argentariis, qui ergasteriis seu officinis præfunt & quæstum profitentur bessales usure sunt promissæ, quamvis illi non dixerint, cum tacite eas videntur pacti *all. Novell. 136.* Ex constitutione Caroli V. Mercatoribus centesima permissa est, quia ad mercaturam excendam illis quotidianus & magnus sumtus opus Peretz. *in C. b. t. num. 14.* Et tutor pecuniæ

niam pupillarem in usus suos convertens, dolo clam contutoribus suis, usuras centesimas præstare tenetur *l. 38. ff. de negot. gest.* Wissensb. *h. t. ad ff. n. 21.* Reliquis autem omnibus personis usu-ræ semisses sunt determinatæ Hotom. *disp. de Usur. c. 8.* Restrin-guntur ad legitimum modum si quis majores usuras stipulatus fuerit & eatenus valent quatenus non excedunt *l. 15. & 16. C. b. t.* *l. 20. l. 29. ff. eod.* quia stipulatio usurarum quantitatis discretæ est stipulatio in discretis autem & separatis utile per inutile non vi-tiatur *l. 1. §. 5. ff. de verb. obl.* Fisco semper debentur semisses, quamvis ex more Regionis minores præstentur *d. l. 17. ff. b. t. §. 6.*

X V I I.

Hodie per Constitutionem Imperii Spirensim de anno 1544. 1577. *l. 17.* permittuntuntur quinque pro centum omnibus, quamvis illi recessus de annuis redditibus loquantur, ad mutuum tamen, & alios contractus usus hoc extendit. Dn. Struv. ad Pandect. *h. th. 49.* Richter *dec. 74. num. 5. infin.* Vid. Recess. noviss. de Anno 1654. §. Anteiehent die zwifftige. zins à tempore moræ usuræ quincunces exiguntur *Torgauisch aus scriben rubr. von Wucher* §. Als haben wir verb. das man als dan auch à tempore moræ sunff avff hundert/an statt der interesse den glaubigern zu sprechen moge: Idque non modo in Saxonia, sed universo propemodum Imperio ita obtinet Carpzov. criminal. part. 2. quæst. 92. n. 20. Notandum quod si creditor quincuncibus usuris non velit esse con-tentus sed majus interesse probare, admittatur, quo probato débitor quincunces usuras solvendo non liberetur R. A. de anno 1600. §. So viel nim diesem nach &c. *Torgauisch aus scriben d. §.* Allz haben wir solcher &c. Alias differentias addit Carpzov. *lib. 4. resp. 50.*

X V I I I.

Immoderatum scenus & usuras usurarum frustra in stipulatio-nem deduci, Auctor est Jctus Ulpianus in *l. 26. §. 1. ff. de con-dict. indeb.* Hæc enim constitutio duas rationes manifestas ad-mittit. Primo: absurdum est eandem rem & sortem esse & usuras, quia sors est res principalis: usura autem accessio. Na-tura autem non patitur ut eadem res sit principalis causa & ac-cessio. C. 2 una sors de aliis: in accessio

cessio : usura in plerisque vicem poenæ obtinet l. 17. §. 3. b. t. poenam poenæ præstare omnino injustum est. Et hoc modo si usurarum usuræ essent licetæ duæ unius rei accessiones exigentur. Immodica enim & illicita computatio est inquit Ulpianus, cum quis commodorum commoda exigere audet l. 2. §. 5. de administr rer. ad civ. pert. Altera ratio non minus est evidens, nam usuræ si quid habent, id maximum, ut fructuum vicem & similitudinem obtineant l. 20. ff. b. t. Donell. ad l. ult. C. eod. Natura autem fructus fructum non parit, nec etiam potest, sed solum fundus fructu accepto. Quamvis fructuum ante petitam hæreditatem præstentur usuræ l. 51. §. 1. D. de petit. hered. arg. l. ult. C. eod. non tamen inde præstantur usurarum usuræ, quia fructus ante hæreditatis petitionem percepti non tam accessionis quam sortis titulo petuntur. l. 28. §. b. t. Nec incommodo inter usurarios referuntur, qui usuras in fortē redigunt (quod in specie anatocismus dici solet) & postea totius sortis usuras stipulantur. Die den zins zum Capital Schlagen / und dar durch den haupftam vermehren Carpzov. Agyl. debit. C. i. poss. 31. n. 371. Iniquum enim est, præteriti temporis usuras convertere in fortē, ejusque sortis usuras stipulari l. ult. C. b. t. Alioquin lex esset imposita non rebus sed verbis ut ait Justinian. in l. 28. C. b. t. Idcirco apud omnes gentes prohibentur; jure nostro sub pena infamie l. 20. C. exquib. cauf. infam. Aliquando tamen contingit ut usurarum usuræ debeantur: Nam in diversis auctoribus potest fieri, ut aliquis licite usuras usurarum adipiscatur, veluti si tutor vel curator usuras ex rebus pupilli vel adulti exactas in usus suos converterit, aut in restituendis moram commiserit: Earum usurarum usuras tutor vel curator pupillo vel adulto dare cogitur, quoniam illæ usuræ sunt loco sortis in persona tutoris vel curatoris l. 7. §. 1. & §. 12. l. 58. §. ult. de administ. & peric. tut. Grot. introd. in ius Belg. tit. 1. c. 9. Item negotiorum gestor usuras nomine domini solvens creditoribus ejus propter moram rursus dominus ad usuras tenetur, quas si gestor de arca sua numeraverit, usuras in ea regione frequentatas consequitur: sin ab aliis mutuas acceperit, tum easdem ipsi dominus.

nus refundere tenetur *l. 37. ff. b. t. l. 17. §. 9. & seqq. D. mand.* se-
cūs est si persona non mutetur. Sand. *l. 3. tit. 14. def. 6.* Si quis
ut fidejussor pro reo principali usuras solverit, merito istarum
usurarum usuras petit *l. all. 12. §. 2. & seq. mand.* Berlich. *p. 2.*
decis. 265. n. 3. Si debitor sortem cum usuris ab alio sibi debitibus
per delegationem cedit suo creditori ob sortem debitam Berlich.
d. decis. Hoc casu usuræ non ut usuræ, sed ut fors se habent.
Denique aliud obtinet in annuis reditibus, quia annui reditus
usuræ non sunt sed istis quodammodo affines & instar fortis ha-
bentur, quorum interesse ob moram recte petitur *Dn. Struv.*
tb. 51. infin. b. t. Carpzov. prax. Crim. 2. q. 92. num. 86.

X I X.

Sed & imprimis usuras, ultra alterum tantum petere non li-
cet. h. e. ulteriores usuras postquam sorti successive sunt adae-
quatæ, licet particulariter fuerint solutæ *l. 26. §. 1. de cond. in-*
deb. l. 9. ff. b. t. l. 10. l. 27. §. 1. C. cod. Novell. 121. c. 1. Cum leges
nostræ nihil ultra duplum solvi velint *Nov. 138. Jura Civilia*
hic supra allegata, amplius non attenduntur. Legitimarum enim
usurarum cursus etiam ultra duplum hodie moribus nostris est
permisus: quia neutri eorum mora frustratoria prodesse debet
l. 37. infin. ff. mandat. neque ex hac frustratione reus meliorem
suam conditionem facere potest *l. 134. §. 1. ff. de reg. jur.* Tuschus
pract. conclus. lit. M. conclus. 380. Etiam naturali æquitati consen-
taneum est, ut quamdiu durat pecuniæ usus, tamdiu non si-
statur cursus usurarum. Alias contra omnem rationem debitor
pecunia aliena uteretur, & exinde lucrum perciperet: Creditor
vero interea eā careret vel damnum sentiret *arg. l. 5. C. de act.*
emt. Et sic adnonnullas leges specialiter respondet Petr. Frider.
Mindan. *de mandat. judic. lib. 2. cap. 73. n. 21.* Alterum tantum
ita quidem dicitur, quod cursus usurarum sit in altero tanto for-
tis: sed hoc tantummodo verum est in casu, quando alterum
tantum locum habet, uputa creditor non exigit quotannis
usuras, quæ ex ejus negligentia tandem ad Alterum tantum ex-
creverunt, & ita sortem exæquarunt: hoc modo usuræ ultra
Alterum tantum exigiri nequeunt. Ratio est: cum creditor sit in

culpa, ed quod non exegerit Cothman ex Johan. Lupo respons. juris 52. n. 262, & seq. In hoc casu, pronunciavit facultas Juridica Lipsiens. An. VV. von M. Anno 1602. P. P. Haben euere vettern von obbemeldten 3000. fl. die zinsen so lange nicht abgefördert / daß sie nunmehr die hauptsumma übertreffen : So sepd ihr ihnen an den selben ein mehrers nicht / dan so hoch sich die hauptsumma er-strecket zu zalen/ und sie/ die übermas schwinden zu lassen schuldig. V. R. W. si vero creditor debitorem sive judicialiter sive ex-trajudicialiter interpellavit, nec tamen usuras percepit, aut usuræ quotannis creditorri exolutæ sunt : hoc casu, quamdiu durat mutuum, tamdiu præstandæ sunt usuræ, etiamsi ad centum vel mille annos duraret obligatio : Quia usuræ hodie non tam ut usuræ, quam ut interesse, sive lucrum cessans, & publica lege taxatum, debentur & petuntur Torgauisch aus schreissen Anno 1583. Nubz. Von W. Contracten d. S. Als haben wir Et ita hæc distinctio non tantum prædictis fundatur rationibus, sed & gravissimorum virorum fulcitur suffragiis Petr. Frider Mindan. d. cap. 73. n. 31. vers. verum hoc ex probabili. Zanger de exceptio. part. 3. cap. 25. n. 40. vers. Quando ergo debitor mea pecunia utitur, & in mora est. Berlich. par. 2. conclus. 38. à n. 35. & decisio. 30. num. 10. Christoph. van Hagen de usur. usurar. cap. 5. an. 128. Et sic pronunciatum in Curia Electoral. Wittebergens. An schlosser zu S. P. P. Obwohl zu recht versehen / daß die Zinsen über das alterum tantum nicht kommen gesuchet werden : Dennoch aber und die weil die zinsen jährlich erleget / und die creditores immittels des Capitals entbehren müssen / und ihren nutz damit nicht schaffen können : Soo ist die N. A. solche Zinsen ferner abzustatten schuldig/ und die über das alterum tantum allbereit erlegte / als ein indebitum / zu condicieren nicht befugt / V. R. W.

X X.

Tandem desinunt deberi usuræ omnibus modis, quibus obligatio tollitur : Sublata enim obligatione principali, sortis usuræ nempe accessoriæ, nullo jure postulantur, nec quicquam interest, quomodo obligatio tollatur, utrum solutione accep-tatione, novatione, consignatione & depositione, vel aliis mo-dis quibus obligatio tollitur l. 26. C. b. t. inst. quib. mod. obligatio tolli-

tollitur. Idem ducendum, si per sententiam judicis actio principalis sit finita, inque eâ usuræ non adjudicatae fuerint, cessare quoque usurarum petitionem l. 13. C. in fin. h. t. l. 4. C. depos. liberato enim debitore quocunque modo liberatus sit; quia principalis obligatio sublata est, non potest accessionibus locus esse l. 29. de regul. jur. l. 178. eod. tit. Donell. ad l. 19. C. h. t. n. 2 Cum non sint duæ actiones, altera sortis, altera usurarum sed una tantum; ex qua condemnatione facta, iterata actio rei judicatae exceptione repellitur d. l. 4. C. b. t. & hoc procedit in actionibus bonæ fidei in quibus usurarum obligatio est accessoria. In actionibus vero stricti juris; principaliter & per se debentur usuræ per stipulationem, quia sunt duæ obligationes: (usurarum ex mora tantum unica obligatio) ideoque sit ut principaliter finita, non extinguitur usurarum petitio l. 23. ff. de except. rei jud. l. 1. C. de judic. Sola autem pecunia oblatio, cursum usurarum non fistit sed pecuniam porro obsignatam & depositam esse oportet l. 6. l. 9. & l. 19. C. b. t. l. tutor. 28. §. 1. ff. de administr. & peric. tut. Denique sola oblatio solvit ἀρτιχρῶν, quia hæc multo gravior est, quam usura. Cum creditor ex fundo Pignorato omnes fructus lucretur. Igitur si debitor sortem offerat, illamque recusat creditor accipere, tunc bona fide fructus ex prædio alieno suos faceee non potest, sed imputantur in sortem l. 11. C. b. tit. Hic finem impono, quisquis ergo es benevoli Lector, cogitationum benignum censorem te præbe & genuino dente mordere parce, si quæ sunt, quæ tuo palato minus sapient, ea vel candida interpretatione adjuva vel amica prosequere venia. Interim Deum immortalem supplicio, ut velit magis magisque corroborare iudicium meum in honorem sui & utilitatem proximi.

*Invidiæ, quæris, qui spicula vincere possim?
Vincuntur Solo cuncta favente Deo.*

the first time in the history of the world, that the
whole of the human race, from the most ignorant
and savage tribes, to the most enlightened and
civilized nations, have been gathered together
in one common assembly, and have agreed
upon a common declaration of their rights.
The Declaration of Independence is the great
moral document of the world, and it will be
read by every man, in every age, throughout
the earth, and will be read by men long after
the last traces of our present civilization shall
have disappeared. It will be read by men who
will know nothing of the language in which it
was written, and by men who will know
nothing of the history upon which it was based.
It will be read by men who will know
nothing of the men who wrote it, and by men
who will know nothing of the events which
gave birth to it. It will be read by men who
will know nothing of the principles upon which
it was founded, and by men who will know
nothing of the men who gave them birth.
It will be read by men who will know
nothing of the men who gave them birth,
and by men who will know nothing of the
men who gave them birth.